





*5196*  
*10.*  
DISSERTATIONEM JURIDICAM  
DE  
EO, QVOD JUSTUM EST,  
CIRCA *1719, 15*  
*3. 3. um. 26.*

# PRATA.

*P. 119*  
*VULGO*  
**Siesen-Recht.**

CONSENSU MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS,  
PRÆSIDE  
VIRO MAGNIFICO, CONSULTISSIMO, AMPLISSIMO ATQUE  
EXCELLENTISSIMO,  
**DN. ERNESTO TENZELL,**  
**JCTO, CELEBERRIMO**

EMINENTISSIMI PR. ELECTORIS MOGUNTINI CÖNSILARIO REGIMI-  
NIS, JUDICII PROVINCIALIS, ET FACULTATIS JURID. ASSESSORE  
GRAVISSIMO, hujusdemq[ue] DE CANO SPECTABILISSIMO, AC CIVITA-  
TIS ERFORDIENSIS CONSULE PRIMARIO, ET REL.

**DN. PATRONO ADMODUM VENERANDO**  
*IN AUDITORIO JCTORUM MAJORI*

Horis consuetis matutinis ad ventilandum d. 12. Sept. A. M D C C XIX.

*Eruditis, sinceris, & placidis ingenii exhibet*  
**AUTOR ET RESPONDENS**

**ERNESTUS HENRICUS Kellner,**  
*Herbslebia-Gothanus.*

ERFORDIAE, EX OFFICINA JUNGNICOLIANA.


KÖNIGRIED  
UNIVERS.  
ZVHALIE

DISTRACTIO NEM IURIDICAM

EO GAO D' IUSTUM EST

CIRCV

# ATA PRA



CONVENTUS VENETIENSIS IN ORDINE

TRADITIONE

ALIO MAGNICO, QVOD ETATIS ADOLE

EXCITATIONIS

DISTRIBUATIONE

ICo CERTA RIMA

MINUTISSIMA TERRA CORDIS MATERIA

BOVINAE VENETIAE

MAGNA VENETIA

HONORIS VENETIAE

ANTIOR ET RESPONDENS

HERSTAS HENRICVS

HERSTAS

ALBORNAT. EX OFFICINA HENRICI CESTI

VIRIS

PERILLUSTRI, SLIMME REVERENDIS, MAGNIFICIS, EX-  
CELLENTISSIMIS, ATQUE CONSULTISSIMIS, ILLISTRIS  
PROTO-SYNEDRII SAXO-GOTHANI

PRÆSIDI SUMMO

D O M I N O

JOANNI FRIDERICO

LIBERO BARONI

BACHOV DE ECHT,

SERENISSIMI DUCIS SAXO-GOTHANI CONSILIARIO IN-  
TIMO, NEC NON PRÆFECTURÆ TENNEBERGENSIS CA-  
PITANEO, ET SUMMÆ CURIÆ PROVINCIALIS SAXO-  
NIAE, QVÆ JENÆ EST, ASSESSORI GRAVISSIMO

D O M I N O

ALBRECHTO CHRISTIA-  
NO LUDOVICI,

ALTEDICTI SERENISSIMI PRINCIPIS CONCIONATORI  
AULICO SUPREMO, ANIMARUM SERENISSIMARUM PAS-  
TORI SOLENTISSIMO & A CONSILII  
SANCTIORIBUS.

DOMINO

## GEORGIO NITSCHIO,

DUCATUS SAXO-GOTHANI SUPERINTENDENTI GENERALI CE-  
LEBERRIMO, ET PROTO-SYNEDRII ASSESSORI  
SPECTABILISSIMO

DOMINO

## ERNESTO SALOMONI CYPRIANI,

SANCTIORIS LITTERATURÆ DOCTORI CONSUMMATISSIMO, E-  
JUSDEMQUE SERENISSIMI PRINCIPIS A CONSILIIS SANCTIORIBUS  
ET ECCLESIASTICIS, NEC NON BIBLIOTHECAE PRAEFECTO  
SUPREMO

DOMINO

## HENRICO RUDOLPHO HES- SENDEICH, JCTO,

FAMIGERATISSIMO, ITIDEM SERENISSIMI PRINCIPIS CONSILIARIO  
SPLENDIDISSIMO, ET SUMMI ECCLESIASTICI JUDICII  
ASSESSORI MERITISSIMO

DOMINO

## CHRISTIANO PÆFFER,

EORUNDEM SACRORUM GOTHANORUM ASSESSORI MULTIS ME-  
RITIS CONSPICUO ATQVE DUCATUS INSPECTORI  
VIGILANTISSIMO,

DOMINIS AC MOECENATIBUS MEIS LONGE  
GRATIOSISSIMIS.

# VIRI PER-ILLUSTRIS

SUMME REVERENDI, MAGNIFICI, EXCELLENTISSIMI, atque  
CONSULTISSIMI, DOMINI AC MÆCENATES MEI, TENE-  
RIS à STUDIIS, GRATIOSISSIMI, TENERRIMO, EODEMQUE  
SUBMISSISSIMO ANIMI CULTU VENERANDI.

**V**ALETUDINARUM, qvod me premebat,  
fatum, ad aliquas septimanas spiritus  
recolligendi gratia, lares petere me  
vacillaverat; quo deveniens, in mes-  
sem incidi fœnilem, de cuius sermonibus, cum  
per totos dies aures occuparentur, in causa e-  
rat, ut non abs re fore putarem, si isto in patriæ  
otio, considerationem & contemplationem,  
qvæ animorum, ingeniorumq; quasi qvoddam  
naturale est pabulum, in ipsismet pratis pasce-  
rem, & qvosdam de pratorum jure, tum iusti-  
corum impigre in fœniscium instar, flores qui  
aliqvando in usu forent, compararem. Qvib⁹  
pratensisbus postea floribus inopinato cretis,  
qvos qvamvis levidenes, non tamen ubiq; tri-  
tos dignoscerem, disputatiunculæ induere ve-

stem, ideo potissimum placuit, ut qvicqvam,  
qvam naviter qvæsieram, occasionis nancisce-  
rer, qva VESTRA, in me, veluti in torrida prata,  
qvamdiu subsidiorum siccitate in litterarum  
studiis ægre laboravi, largissimæ irrigationis  
beneficia, & quanto VOBIS beneficiorū ære ob-  
stringar, quod ingenui est debitoris, ut in note-  
sceret, significarem, aliquamque grati animi re-  
penderem tesseram. Siquidem si longissime re-  
tro computato tempore, in spatiostissimum Ves-  
TRORUM erga me benefactorum pratum de-  
currat, me VOBIS obligatum an in adverto ad-  
eo, ut pütet, qvamvis omne meum in debitum  
cederem fœnum, me tamen per ætatem obli-  
gationem, sicut corpus umbram, secuturum  
esse. Ad mea enim studia, (quod publice depre-  
dicare supersedere non possum, sub moderami-  
ne CELEBER RIMI. Vestro e Proto-Sy-  
nedrio Celeberr. J Cti D. H E Y D E M  
N E S C H cujus in prædicatione laudis, ob  
impotentiam, facile Tacitus sum) non solum  
uberrima, qvæ in Athæneq Salano jeci, suppedita  
taftis

SA

tastis semina, sed ea etiam cōtinuis beneficentiae  
rivulis, sine qvibus litterarum mear. studia ex sic-  
casse necesse fuisset, irrigavistis adeo, ut lætior  
de die e fonte Musarum bibere, & Hieraro in  
auditorio, litterarum flores, rectius in qvafsi fru-  
ctuum Justinianeorum messem colligere, præ-  
potens factus sim. Qvomodo igitur percepta,  
qvæ iñmortali retinenda sunt memoria, bona,  
Ligalionilitare possim, absque eo, quod me  
fœnum in cornu habere vide er? Fœ-  
num igitur meum, qvamvis cordum, studio-  
rum meorum PROMOTORES ADMODUM BENI-  
ENISSIMI, quod totum Vestro e gremio prodiit,  
qvodqve Magnis Vestris Nominibus, vice tutif-  
simi propugnaculi, contra Aetæonis canes, qui  
Almæ Themidis pabulo placide frui infensant,  
insignivi, in idem gremium toto conatus dicatū,  
recipite, & in posterum benignitatis radios in  
me refleßtere non dignum amini. Habebitis por-  
ro Philomusum pro viribus animum, saluberrimi-  
mis Juris præceptis, componentem. Habebi-  
tis ad cinerem usque gratissimum clientem.

Ha-

Habebitis denique servum, ad omnis generis  
officia præstanta, paratissimum. VOS autem  
EVERGETAS, PRUDENTIÆ, JUSTI-  
TIÆ & RELIGIONIS EXEMPLARIA.  
atque SACERDOTES, SAXONIÆ A-  
RISTIDES, E JUSDEM QVE ECCLESIÆ  
PROFUGNATORES invicem Deus opu-  
lentissimo divinæ benedictionis flumine irri-  
get, atque VOS sinat in indies nobilius VES-  
TRÆ rei litterariæ, qvæ jam ex Irenopetra ad  
longe exteros est pervulgata, incrementum  
virescere, in opūmam religionis spem, copio-  
fissimamque subditorum Piissimi Principis sa-  
lutem germinare, & qvod demum in Vestram  
propriam gloriam majorem adolescere, matu-  
rescere & senescere. FIAT ex voto omni-  
um, DICAT Altissimus FIAT.

## VESTRORUM NOMINUM

Submississimus

Cliens, Autor:



J. N. D. E. D. N. J. C.

**Q**uod omnium primum, invocato Divino auxilio, quod idem passim Sacratissimus Legum Statutor, Justinianus in historia Juris, de Confirmat. Inst. & Digestorum ad Senatum, & omnes populos, item ad magnum Senatum, nec non in præm. Inst. Cod. Nov. & in extrema ipsius constitutione, facere consuevit, atque in pr. tit. i. C. De Summa Trinit. & Fide Cathol. sat religiose proposuit, opus quod suscepi, moliar l. i. §. e. C. de Veter. Jur. Encl.

Th. I.

**E**tymologiam & Homonymiam, quæ modo premunt paginam, prætereaque non raro cadunt causa, in medio relinqvam. Est enim quid sit pratum, in aprico constitutum. JCtus Paulus de pratorum præstantia, qvorum in descriptionem, quando incidit, in l. 31. ff. de V. S. differit: *Pratum est, in quo ad fructum percipiendum, falce duntaxat opus est, ex eo dictum, quod paratum sit ad fructum capiendum: Quasi protinus & sine magno labore paratum.* De quo, Joh. Goeddeus in Comment. add. l. n. 2. qui ampliorem addidit explanationem, locutus: *Pratum esse quod seri, rastris subigi, & laboriosc*

B

appa-

apparari nesciat, sed cuius fructus non industriales, germen  
 germinatum modo demeti, & in fœnile reponi possit. Romanorum in LL. pratorum, fundorum, & pascuorum promiscua  
 fit mentio, & uno eodemque propemodum modo censura.  
**Flamin.** de Rubeis conf. 13. n. 102. & conf. 19. n. 159. Cujus in rei  
 argumentum haud modo obscurum l. 20. §. 7. ff. de Instr. vel  
 Instr. legat. adducitur. Sed esto, verba modo dicta, secun-  
 dum substratam materiam, sub uno nomine venire posse;  
 haud tamen ita res est, ut non facili negotio contradistinc-  
 tionem admittat. **Matth. Wehner Observ. Pract. verbo Weidgang**  
 & quod maximum, nec ex ipsa allegata Lege, id ipsum sine of-  
 fensione erui potest, cum ibi enim **Graciani** quidem, qui fuerat  
 legatus, fundi sit mentio, cui defunctus addecerat pratum, atque  
 ideo siebat, ut, si prata furdo Graciano ita conjunxit, uti sub una  
 fundi appellatione haberentur, ea quod, deberi, promuntiatum fue-  
 rit; attamen vero, conditionatis, quod dispositum legitur, ver-  
 bis, haud facile absolutam involvit denominationem, & quod  
 in rei veritate, aliud est pratum, aliud fundus. Qva de causa  
 non statim quodlibet incultum, quod **Buchetus** ad d. l. 31. ff. d. V.  
**S.** putat, est de nominandum pratum: alias itemque inculti  
 montes, incultaque nemora, in eandem, quod necessarium es-  
 set, devenirent appellationem. Cui autem insigniter l. 30. de  
**V. S. & Gæddeus** ad d. l. n. 10. contrariatur, ubi vocabulorum,  
 de quibus in praefentiarum sermo est, apprime bona invenitur  
 sejunctio. Non igitur omnia in unum, aquæ mulæ instar de-  
 trudere, in concessis est. Postea pratum à pascuis eo differt,  
 quod fœnum primum & secundum, ad rem frumentariam &  
 ad necessitatem hominis proferat, quod utique in pascuis alio  
 modo fœc habet. Sicut & separatio in l. 4. pr. ff. de Cens. lu-  
 culentæ ante oculos ponitur. Duplicis autem quoad situm,  
 qui, variis in locis, varius, prata potissimum sunt naturæ, siccii  
 nimirum & humidi generis. Ex siccis pratis, quæ situm ha-  
 bent

bent pingvem, haud facile præter aquam pluviatilem & rora-  
lem, aliam desiderant irrigationem, qvippe in quibus jamjam  
sua sponte de meliore nota pullulat gramen, qvod multo lon-  
ge ubique exsuperat rigatum. Sed quæ prata aridioris natu-  
ræ, id qvod in iis, quæ in altis sunt posita, reperimus, omnino  
ad suam meliorationem requirunt aquationem. Quæ aquosa,  
sunt modo de fede profunda in receptaculis vallum & plani-  
tierum, & ad defluendam, quæ superflua est, aquam, postu-  
lant rivos: nimia enim aqua caque arenosa nimium suffocat  
gramen: modo paulisper declivi, quæ rivulos respuunt, hæc  
enim ejus sunt naturæ, ut quid humili sit superfluum, decurre-  
re sinant, & ideo ad pingve, qvod optime producunt, gramen,  
sæ bene posita. Quæ paludinosa, ad aquosa suo modo recen-  
sentur prata, eam ob causam putantur vilissima, quoniam aci-  
dum idemque crudum progignunt pabulum, quod pecus de-  
testatur; in eo tamen sunt præstantia, quod post egregias  
quas admittunt melioriores, geminatas saepius adportent  
utilitatem, si modo profundis, qui derivent aquas, circumden-  
tur rivis. Idem est in agris, qui salienti eademque frigida pre-  
muntur aqua, Quell-Wasser, & ideo hyemali tempore facil-  
lime frigore corrumptuntur. Fœnum ipsum, à Dd. inter fru-  
ctus naturales, qui ubique industria hominis proferuntur, re-  
fertur. Bachor, in not. ad Wefemb. tit. de Uſur. Pratorum eti-  
am fructus, inter redditus certos, ratione fructuum agrorum, vi-  
nearum, qui magis sunt incerti, commumerantur. Fœniscium,  
quo tempore fieri aſſolet, variis in locis, ex cuiuslibet  
regionis, quam locorum varia dicitat tempestas, ordinatio-  
ne, & conſuetudine introducta, variat.

## Nota I.

Prata, si reliquias fundos, longo inferiori mode-  
extra tempestatum stragem posita, ab impensarum pretiosita-  
te immunita esse, geminatos quotannis suppeditare posse redi-

B 2

tus.

tus, videlicet fœnum vernale & autumnale, & quæ demissa se-  
qvuntur prata, lœta præbere pascua. Hinc quid mirum, cum apud *Columell.* de re rustria lib. 2. c. 17. de pratis, tanquam de re admodum egregia, satis copiose testatum legitur; prata apud Romanos plurimum valuisse, & optima inter bona posita fuisse.

## Not. 2.

Diligentis esse Patris familias, ut terras, quæ stalpæ rostro effossas, supra se numerose cumulant, quæ magnum pratis arcessunt damnum, in Mens. præcipue Martii distracteret, solo que adæquet. Secundum quosdam, talpæ tintinnabulorum et chordarum clangore, quem coeco insequantur amore, ex intimis, quibus latitant locorum recessibus, elici possunt, ita ut fustibus dare spiritum cogantur, sed circumspectione & celeritate opus, quod si enim tuum percipient odorem, vel conspiciant corpus (qua in re, qui earum contra experientiam negant visum, delirant) aëtatum unde pervenerunt, recurrent. Rectius consulere videntur, qui locis, quibus domicilium constituerunt, putrefactam, quo pessime fieri solet, carnem, vel allium dispersim infigendum, præcipiunt, quorum ipsis infinitissimo odore terga vertere præcipitent.

## Not. 3.

In Thuringia à Calendis Maii, five à die S. Georgii, ad Michaelis usque, pascua esse interdicta. Unde Germanicum illud: *Die Wiese geht in das Heu zu St. Georgen h. e. sie wird gehuet oder geheget.* *Diether. in specil. Besold. Thes. Pract. n. 80.* Nisi inter rusticos, & qui sunt alii, aliud conventum, aut consuetudine introductum, quod in cuiuslibet loci statutis est scriptum, vel aliunde constat. Quidam Jus pascendi, ante apertum, quod dicunt, tempus, vor der offenen Zeit, longa præscriptio ne arcessitum, prætendunt, sed merito Juri æquitati maximo pere est odiosum, quippe quod multum, ad multas subditorum

rum

rum querimonias, affert ansæ; quandoquidem intempesti-  
vis pascuis & subreptitiis, magno cum dētrimento domino-  
rum, pastores depascunt fœnum, quod nondum separatum,  
secundum.

## Not. 4.

Fœni usum, in materia de pacto Antichretico apprime se  
exferere, cum secundum quorundam Doctorum sententiam,  
hi, qui certi sunt redditus, absque deminuto pacti Antichretici  
valore, si solemnem usurarum modum exsuperant, ad sum-  
mam debiti reduci debent. *Salic. ad l. 17. C. de Usur. Cz. Asylum  
Debit. c. 1. n. 107. & Pract. Crim. p. 2. qv. 92. n. 73.*

## Not. 5.

Pratum proprio arbitrio in hortum transformare, illudque  
se pimenti munire, magnopere in *l. 21. C. Mandati* stabiliri vi-  
deri, sed limitationes ejus esse farinæ, ut regulam non sinant  
salvam; quotiescumque enim alteri in alterius prato  
Jus pascendi, quod ubique propemodum, propter hujus  
rei in salutem civitatis factam communionem, invaluit,  
competit, toties haud permisum, rem passive obliga-  
tam, in alterius præjudicium commutare, nullius enim Jus de-  
teriorare licet. *l. 21. ff. de Servit. II. P. Gail. 2. obs. 67. n. 5.  
Mod. Pif. Vol. 1. Conf. 7. Schneidew. ad pr. Inst. de S.U.P: Tit. de  
Servit. Rus. n. 33. Köppen Dec. 15.*

## Not. 6.

Prata adversus noxiū hominū ferarumque impetum  
circumspire licere, eo tamen temperamento, ne alteri Jus  
pascendi, qvod in re habet, præcludatur. Qvin qvod rem  
confirmat, qvibusdam in locis subditis sub coinatione pœ-  
næ injungitur. Hinc, qvod seçvitur, qvæ prata Jure horti gau-  
dent, eo magis Jure se pimenti gaudent possunt. Quod idem  
de agris dicendum. *Berg. Oc. Jur. lib. 3. tit. 6. tb. 4. N. 4.*

## Th. II.

Sed quo magis fertiliora sint prata, necesse est, ut certo tempore, potissimum quo solum siccitate laborat, wenn das Gras in Unsatz ist, irrigentur, quod Jure antiquo in genere fuit libertatis, aqua enim profluens erat Juris Commun. & flumen Juris Publ. quorum usus omnibus patebat §. 1. & 2. J. de R. D. Moribus hodiernis, omnia sere, quæcunque olim populi erant, & sub hoc respectu publica dicebantur, Regalium nomine, QVÆ SUNT JURA MAJESTATIS AD TUENDAM REIP. POTESTATEM, DIGNITATEM ET SALUTEM Struv. Synt. J. F. c. 6. §. 13. n. 4. Sixtin. de Regal. l. 1. c. 1. n. 14. ad principem pertinent, seu ad illum, qui supremus est in Republ. per Constitutionem Friderici I. 2. F. 56. C. un. & per posteriorem praxim, inter quæ Regalia eademque Minora. QVÆ IN REDITU, ALIISVE REIP. SUBSIDIIS CONSTI-  
STUNT, Coccej. Jur. Publ. Prud. c. 23. Sect. 2. §. 38. flumina re-  
censentur, In quibus cum Principes tam proprietatem & jurisdictionem habeant, quod apud Dd. extra omnem disputatio-  
nis aleam est positum, quam etiam omnem inde provenientem utilitatem recipiunt: d. Struv. §. 7. n. 6. & quos allegavit Dd. om-  
nino seqvitur, ut non amplius liber aquarum ex flumine publi-  
co usus omnibus de republ. competit, sed qui certum rerum publicarum usum e. g. derivationem aquarum prætendit, ille concesionem Principis vel expressam vel tacitam docere de-  
beat, necesse sit. Libertas enim circa usum fluminis per im-  
positionem teloniorum, vestigialium, anchoragiorum, per jus Stapulae, Geraniæ, Grutiae, Trajectus, per Ripaticum prohibi-  
tionemque juris piscandi, restricta est adeo, ut nil amplius sup-  
pra. Stryck. Us. Modern. Pandectarum l. 1. t. 8. §. 10. Hinc quod  
ad rem præsentem potissimum spectat, Struv. A. 1. dicit: ar-  
quam ex flumine publico ad suum fiducium divertere absque conces-  
sione Principis non licere. Et Thon. Merckelb. ap. Klock. Tom. 1.  
conf.

conf. 33. n. 32. hæc habet: Subditos sine permissione Principis, ad irriganda prata non posse ducere aquam. Conf. etiam b. tb. N. 3. infra ubi honorarium pro irrigatione solvendum. Dissent. 1.) Hoppius in Comment. ad §. 2. J. de J. N. G. & C. in Uſu Hod. qui putat; quæ olim publica fuere, non omnimodo hodie a Principibus restricta & interdicta esse, & ideo, quicquid non esset restrictum vel interdictum, in libero, sicuti ab initio fuisse, prædatorum uſu remanere per l. 27. C. de testam. Sed Resp. qvæcunq; res in totum in regalia sunt commutatae, illas qvoad omnes partes regalia esse facta, inficias ire nemo potest: Atq; in fluminibus ex supra & infra deductis ita est; E. & partialis fluminis usus, irrigatio ab unica dispositione & concessione Principis dependet. 2.) d. Sixtinus l. 2. c. 3. n. 33. qui contendit: Flumina qvoad usum, mansisse publica, & qvemlibet iis uti posse, ita ut eum Princeps sine legitima causa prohibere non deberet, qvod multis ibid n. 41. ex J. Civ. all. LL. arguit. Sed qvemadmodum J. Civ. Regalia hocmodo, uti nunc nondum innotuerunt, qvippe qvod Seculo VI. compilatum; Regalia autem demum per dictam constitutionem Friderici I. Anno 1155. editam introducta sunt, fatente ipso Sixtino in n. 5. & c. ad proemium, & in n. 5. c. 2. ubi dicit: Regalium appellationem in toto J. Civ. quod J. Feud. antecessit, non reperiiri: ita Sixtimus, qvod asserit, LL. Juris C. evincere non potest. Qvod Princeps in J. Civ. circa flumina fancivit, vi jurisdictionis sua premæ, non jure Regalium fecit. Fallit igitur Hopp. qui ex §. 6. J. de J. N. G. & C. in Uſ. Mod. Regalia stabilire inititur. Qvinimo d. Sixtin. l. 2. c. 3. n. 90. ad ultimum admonere cogitur: consultius esse, cum Flumina sint de Regalibus, qvoad usum eorum, consensum impetrare istorum, qvibus Regalia competit. 3.) Cocceius d. l. §. 41. ubi: In Fluminib; satro est usus juris Gentium quo omnibus liberum est, aquam baurire, & sine noxa ducere, anchoras jacere,

mer.

merces exponere &c. §. 1. & 4. J. de R.D. quod adeo perperam negat  
 D. Struv. d. aphor. 7. n. 7. & 14. & D.D. in all. et si pro eo aliquid  
 e.g. anchoragium solvendum. Resp. Aqvam haurire &c. tan-  
 quam minima Princeps non curat, deinde probatio per §§. J.  
 ut dixi, est vacua, & quod accedit, dum concedit anchoragi-  
 um solvendum, fatetur eo ipso non amplius liberum fluminis  
 usum esse. Potissimum quando statim subjecit: *At molendi-*  
*na non licet in iis extruere sine permisso Principis.* Verbo: non so-  
 lum pro nostra sententia quotidiana militat praxis, sed & tum  
 in necessitate & communi utilitate est posita, qvoniam finis  
 scil. tuenda reip. salus, absque mediis, redditibus, qui ex mi-  
 noribus proveniunt Regalibus, inter qvæ Fluminis usus est,  
 obtineri nequit: cum æquitati non refragatur; denega-  
 tione enim usus fluminis, nemini fit injuria, nemini qvicq; eripitur,  
 & nemo inde pauperior fit. Et quod omnium ma-  
 ximum, publica, præferenda est privatorum utilitati. *Struv. d.*  
*l. in n. 1. 2. &c. ad §. 7.* Sed non diffiteor, & concessionem ex  
 flumine publico non navigabili, vel navigabili, cuius per de-  
 rivationem aquarum, navigatio non deterior fit, minus ob  
 præjudicium, esse faciliorem, *l. 1. §. 18. & l. 2. ff. de Fluminib.*  
 & conniventia Principis, reliquos etiam magistratus, anti-  
 quis a temporibus, item præscriptione & consuetudine lon-  
 ge petita, jus irrigandi vindicasse. *d. Sixtin. c. 1. n. 14. &*  
*18.* Præter Flumina autem publica, dantur rivi & flumina  
 non publica, qvæ vel in dominio privatorum sunt, ut  
 torrentia & non perennia *Sixtin. l. 2. c. 3. n. 6.* in qvibus  
 multo minus haud aliis, qvam ipsis dominis, usus aquæ  
 est; *l. 4. C. de servit. & Aqu. l. 8. ff. de Aqu. & Aqu. plus.*  
 arrend. vel in dominio universitatibus, dupliciti modo. *Hopp. in*  
*Comment. ad §. 6. J. de J. N. G. & C.* Ubi consuetudines &  
 usus circa irrigationem, secundum diversas locorum variant  
 qualitates. Qvod si vero sèpius fit, ut inter vicinos, qvorum  
 in

in universitate omnium jus est, uno ex fonte vel rivo aquam  
ducere, continua orientur altercationes, si aqua ad omnium  
prata non sufficit, & alteruter forsitan ad irrigationes prato-  
rum, hortorumque delicias, quibus sane usibus nullus aquæ-  
ductus sufficeret, furtivis aquarum meatibus abutitur, con-  
sultum est, ut rigatio medianibus & conventionibus, & cer-  
tis locorum determinationibus, in modo & limite extra item  
ponatur. Quam ob causam pluribus in locorum Ordinatio-  
nibus per pulchre præcautum legitur: Weil von langen  
Jahren her gebräuchlich gewesen, daß das gemeine Was-  
ser, wordurch die Wiesen in Frühling zu wäfern jährlich  
nach der Reihe, Gut zu Gut, auf Tag und Nacht ausge-  
theilet worden; als soll bey Straße verboten seyn, daß  
keiner andern solches heimlicher Weise, auch sonst ehe jetzt  
berührte Zeit vorüber, zu nehmen und abzuschlagen sich  
unterstehen solle.

## Not. I.

Stricto & novo jure, ex alieno flumine tam publico quam  
privato aquam ducere non licere, quod ex supra allegatis  
jam jam dilucide explanatum; ex capite tamen innoxiae utili-  
tatis, aquæductum non ita pridem subdito cuidam in hoc  
Territorio Erfordiensи adjudicarum esse, addendum puto.  
Scilicet a Judice prima instantia decretum fuerat: In Sa-  
chen der Gemeinde Andisleben, contra Mathes Kersten,  
(qui pomarium loco alias paludinoso & sterili plantaverat, ad  
quod irrigandum, ejusque piscinam, aquam profluentem e  
flumine der Gehra derivare ibi arrogaverat) giebt das Chur-  
Fürstlich Ambt nach beschehener Besichtigung, diese Wei-  
lung: Das Beflagter noch zur Zeit in loco qv. ein Schnar-  
the zu legen, und dadurch das Wasser in seinen Garten zu  
leiten, nicht befugt. Würde er aber dociren, daß er bey  
entstehender Dürking, des Wassers in seinen Garten  
hochst

C

höchsthöthig, und auf keine andere Weise, als durch eine  
 Schnarche das Wasser, jedoch ohne Schaden der Ge-  
 meinde und der Nachbarn, in seinen Garten bringen kön-  
 te, so ergienge ferner, was rechtens M. Jun. 1716. A quo  
 Reus ideo appellavit, qvod qvilibet sibi e flumine publico  
 prodesse posse, dum alterinon noceret. 2.) qvod multi ejus-  
 dem universitatis, eodem ex flumine, eodem jure deducendæ  
 aquæ in hortum & piscinam uterentur. 3.) omnem promitte-  
 ret indemnisationem. Qvas ad rationes, qvamvis Actores  
 negaverint, flumen esse publicum, qvippe positum in eo  
 molendinum, ina cum aqua, duobus a seculis retro computa-  
 tis, loci Ecclesia titulo oneroso comparasset, & a Communi-  
 tate, tanquam Ecclesiae tutoribus, in statu salvo conservandum  
 esset, qvibus invitatis, in prejudicium molendini & aquæ vel  
 præsens vel futurum, aquam derivare non liceret, 2.) oppo-  
 suerint, aliorum vicinorum jus, qvocunqve modo, vel qva-  
 cunqve concessione acquisitum, non statim ad tertium exten-  
 dendum, eique prodesse posse, & qvæ cetera, qva interjecta  
 sunt, fuerunt: tamen ab Electorali Moguntino hujus loci Ju-  
 dicio pronuntiatum fuit: Daz die beym Thür-Fürstlichen  
 Ambt Gispersleben gegebene Weisung dahin zu reformi-  
 ren, daß Appellant das benötigte Wasser in seinen, an  
 dem sogenannten Andisleber See, angelegten Baum-Gar-  
 ten, aus den gemeinen Gehra-Fluß, zumahlen zu der Zeit,  
 wenn in der darunter liegenden Mühlen nichts zu mahlen  
 vorhanden, zu leiten wohl befugt sei. V. R. W. M. De-  
 tembr. 1717. Qvæ sententia etiam ab Electorali Judicio  
 Aulico, qvod Moguntiae est, præsenti in anno confirmata fuit.  
 In qvam etiam sententiam, Thoma Merckelbachi ap. Klock. Tom.  
 2. cons. 33. n. 29. descendere videtur, ubi dicit: quando aqua  
 communis omnibus sufficit, unus alius impedire non potest; cum  
 etiam ex equitate facere possim in alieno, qvod mibi prodest, & al-  
 teri

teri parum, aut nibil nocet, etiam si stricto jure deficitur. Sed quod omnino notatum dignum, & ad thesin recurrat n. 32. statim, quod dixi, subjecit: licet non diffiteor, ipsos subditos, sine permissione Principis vel magistratus, ad irriganda prata & horta, non posse ducere aquam. De cetero, quod all. Regulam l. 2. §. 1. & 5. ff. de Aqu. & Aqu. pluv. arcend. attinet, vid. uberioris infra N. 3. th. 3. & vicini acquisitum jus, quod tertio non prospicit. Meichsner Decis. Camer. Tom. 2. l. 2. dec. 4. n. 178. &c. 261. it, Merkels. d. l. n. 37.

## Not. 2.

Quemlibet usum aquæ, quæ ex fonte sui juris, vel fundo suo originem & natales trahit & profluit, propriam ob indigentiam, aliis optimo jure denegare posse; cum sit durum & crudelitati proximum, ex ipsius prædiis agmen aquæ ortum, scientibus propriis, ad aliorum vicinorum usum, injuria domini propagari. l. 4. & 6. C. de Servit. & Aqu. l. 23. §. 1. de S. R. P. l. 13. §. 1. Commun. pred. Cepolla de S. P. R. c. de aqueduct. n. 38. Thom. Merckels. ap. Klock. conf. 33. n. 34. Quilibet est rerum suarum moderator & arbiter, ita ut aliis, quod licet, emolumen subtrahere, non statim hominem ne que frugis neque operæ proba insigniat l. 21. C. mandati l. 21. C. de Servit. l. 24. §. ult. & l. 26. ff. de Damn. infect. Hopp. Comment. ad §. 2. f. de R. D. verb. Omnibus. Et qui suo jure utitur, nemini injuriare facit l. 194. de R. J. Wesenb. part. 2. conf. 58. n. 5. & 17. ex Baldo dixit: Dominum, ex cuius fundo aqua oritur, posse eam pro libitu retinere, vel facere, ut defluat, quoties alteri servitatem non debet, l. ult. ff. de Aqu. & Aqu. pluv. art. l. 4. C. de Servit. & Aqu. nec vicinos adversus dominum aquæ, actionem instituire posse, siquidem insinuerit bonam pro eo militare præsumptionem, quod sui emolumenti causa, haud in vicinorum vexas faceret. Sunt tamen, qui hanc sententiam collabefacere omnem lapidem movent, dicentes: illa plausibilia Juris axio-

mata: QVI SUO JURE UTITUR NEMINEM LÆDIT  
*l. 194. ff. de R. J.* QVI IN RE SUA SUBSISTENS, SUAM  
 PROMOVET UTILITATEM, IMPEDIRI NON PO-  
 TEST, LICET ALTER DAMNUM INDE SENTIAT.  
*l. 24. §. ult. & l. 26. ff. de Damn. infect.* qvamvis J. Civ. ita ve-  
 ra sint, ut omni exceptione sint majora: in applicatione ta-  
 men, & in principiis J. Nat. aperto niti fallo. J. enim Nat. pro-  
 priam utilitatem non alienæ, sed alienam propriæ esse præ-  
 rendam contendunt; qvia Deus omnes æqualiter amat homi-  
 nes. Qvorum etiam tendat dictum Christi Matth. 22. v. 39.  
**DILIGES PROXIMUM TUUM, SICUT TE IPSUM.** Qva  
 ex re negandum arguunt, secundum dicta brocardica, licet J.  
 Civ. in viridi essent valore, absque reclamante conscientia,  
 vitam peragi posse, & hic in foro Soli justum declaratum, in  
 foro Poli non condemnaturum iri. Dn. Neuber in *disput. de*  
*necessaria LL. Civil. universalitate, & in ea adhibenda æquita-*  
*te, hic M. Jul. c. a. pro Licentia habita §. 21.* At enim vero si res  
 acutangenda, nullibi in J. Nat. fundatum invenitur, propri-  
 am, aliorum indigentiae esse posthabendam. Potius, quod  
 nec J. Nat. proprio cum incommode, aliorum commodis  
 quis inservire teneatur *arg. l. 35. pr. C. de inoff. testam. l. 28. ff.*  
*Commun. divid.* Atque ex sanoibus Dd. dogmatibus. *Alex*  
*conf. 194. n. 5. Vol. 2. Menoch. l. 6. de presumt. 29. n. 10. Pufend. de*  
*J. Nat. l. 2. c. 5. §. 1. Rauchbar l. 2. qvest. Jur. q. 27. Caspar. Klock.*  
*Tom. 1. conf. 33. n. 26. 34. & 39. patet. J. Nat. enim, & qvod ex*  
*illo est, dictamen recte rationis, omnimodaqve hominis*  
*compositio inculcat, postulat, & serio præcipit, quod, quo*  
*præcipue res delabitur, quibuscunque licitis fieri potest mo-*  
*dis, homo se conservare studeat, adeo ut necessarium etiam*  
*admittat furtum. Brunnem. Comment. ad ff. l. 22. t. 2. l. 43. n.*  
*8. Pufend. de J. Nat. l. 2. c. 6. §. 5. 6. 7. & nemini propriæ vitæ*  
*damnum inferre permisum. l. 13. ff. ad L. Aquil.* Nec ad con-  
 firman-

firmandam, quam dicunt, rem, verba Christi collineant: **DILIGES PROXIMUM TUUM, SICUT TE IPSUM.** Hocce enim ex præcepto haud percipi potest, proximum mihi esse præferendum. Nec illud de gradu dilectionis, sed modo de ejusdem sinceritate explicandum videtur, ne quis se ipsum ficto aut fucato amore prosequatur. Nequaquam quod, si dilectioni propriæ & dilectioni proximi simul non possit satisfieri, illa huic cedere debeat; quam veritatem, **2. Cor. 8, 13.** luculentissime comprobat. Quilibet sibi proximus. Charitas enim ordinata a se ipsa incipit, quæ charitas in alterum tantummodo est cynosura. **I. 6. C. de Servit.** & **Aqv.** Et profecto in universum inconsultum erit, posthabito **J. Civ.** Jus Naturæ arbitrio cuiuslibet tuto se qui, quippe quod etenim quæ plurimis in causis incertum & vagum est; non enim homines uno eodemque ducuntur æquitatis judicio, ut res gerendæ, ad amissim, quam volunt, æquitatis, applicare possint. Econtrario **Jus Civ.** non solum ubique secundum hominum, qua pollut, facultatem, quam diligentissime & enodatissime ante oculos est positum, ita ut omnium, etiam alias stupidorum ingeniis, nisi qui a **J. Civ.** scientia excipiuntur, perspicue innotescere oporteat, **1.7.8. & 9. ff. de Jur. & fact. ignorant.** **I. i. Ut in possess. leg.** **I. 15. §. 5. de l. Cornel. de fals.** **I. ult. C. de teſt.**) & innumerabilium sapientum autoritate communictum, cui longissime retro computata & moribus comprobata vetustas, experientia, indubitatum Juris dedit valorem: sed et ipse Deus, Juris Civilis similiter ac Juris Naturæ est autor, licet non eodem immediato modo, sufficit, ut voluntatem suam enixam, per magistratum Jur. Civ. quem summa ex sapientia instituit, satis abundeque de die expone-re, perque eorum **LL. beatitudinem, ex fine Jurispr. nostræ,** qui est praxis justitiae optimæ, temporalem, promovere minime desierit. Fortius forsitan specialioris casus tralatitium

Opponitur argumentum, qvippe qvo homo plebejus, cum illustri homine, eodemque reip. perutilissimo, pari in aincipiti vita periculo constitutus, hujus proximi, ex majori in ipsum amore, conservandi causa, immaturum, naturae invitae, vita debitum reddere debeat. Sed requisita, quæ casum inculpatim redditum dabilem, merito pro impossibilibus habentur. Unicum enim duntaxat, ut momentum, qvo brevitati studeam, adferam: qvæ, exemplo Hiskiæ, non in piissimis etiam est vita charitas? Reg. 20. v. 3. Psalm. 102. v. 25. & qvis, qvi non spatio aliquo sibi opus putet componendæ animæ & subducendis vita rationibus, scu ut sarcinas colligat ante, quam profiscatur e vita? utiloquitur Varro de reruſtici. l. c. i. conf. Pufend. de J. Nat. hac de re admodum egregie differens l. 2. c. j. §. 14. Firmissimo igitur etiamnum stat suo talo, quod, qvi secundum LL. vivit, æque qui judicat, in conscientia sit tatus. c. 3. dist. 4. c. 7. caus. 11. qv. 3. Brunnem. ad ff. l. ult. n. 2. l. 12. §. I. Qvi & a qvib. manum. Hopp. Comment. ad pr. J. de usucap. verb. Jure Civili. Potissimum cum a Jur. Civ. Jus Nat. non infringatur, sed quamplurimum Jus Civ. ipsius agnoscat fundamentum, vel ad minimum modo informet, & in suo statu relinqvat l. 6. de justit. & jur. Et quod potissimum accedit, Deus est Deus ordinis, qvem ab hominibus exactissime reposcit Jer. 33. 25. Sap. II. 22. Saluberrima igitur, & qvæ in præstantissimum ordinem, qvi exoptatissimam reip. salutem potenter conservat, sunt redacta jura, eaqve concatenatis ex cogitata vigiliis, evertere, & effectu per longum temporis tractum probatissimo privare, qvod dissentientes in supra dictis regulis Juris faciunt, nefas est l. 35. §. 2. C. de inoff. testam.

## Not. 3.

Honorarium afluuii vel rivi domino, pro rigationis beneficio alteri concesso, prætendi posse, & qvitatim consentaneum affirmare. Thom. Merckelb. ap. Klock. Tom. I. cons. 33. n. 40. in Verb.

*Verb.* Als können Ew. Gnaden wegen der vorhabenden und den Unterthanen zu sondern Nutz entspreßenden Wasserung auch wohl proportionaliter einen geringen Zins erheben. *Idem ibid. n. 33.* statuit, quod ille, cui jus piscandi in flumine competit, ob aquam in piscium detrimentum, redhostimenti loco, quid postulare possit. Quod ad illum, cui est jus Grutiae, ut quipiam pro usu solvat, extenterit. *Conf. Berg. Oct. J. Addit. ad l. 2. t. I. th. 5. p. m. 1217.*

## Not. 4.

Vicinum, qui arvum vel hortum, certo anni tempore irrigare fuit solitus, & ex eo consecit pratum, a convicinis, ob aliudam, quam pratum desiderat irrigationem, quamque illi sibi infensam putant, conveniri posse, negare Ulpianum l. 3. §. 2. ff. de Aqv. & Aqv. plur. arc. ibi enim: *Eum neg. damni infecti neg. aquae pluvie arcenda actione teneri;* his enim actionibus nemo alterius utilitatem promovere tenetur, sed saltem ne alteri ex industria noctumentum fiat. Agrum autem in pratum commutare, modo non vicino, cui aliquod jus vel servitus debetur, inde arcessatur damnum, nullibi est prohibitum. *Wesenbec. conf. 58. n. 5. & 17.* quod autem non mutatum, cur stare prohibetur l. 27. C. de testam.

## Not. 5.

Ad coercenda pernitiosa fluminis effluvia, coercendosque imbris, fulcos aquarios & fossas agrorum pratorumque iniendorum causa ducere & aggeres adhibere quem posse ex l. 1. §. 5. ff. ne quid in flum. publ. & l. 2. §. 7. ff. de Aqv. & Aqv. plur. arcend. constare. Quod ampliatur, etiam cum accalentium fieret incommodo, modo non animo vicino nocendi, sed suum agrum meliorem faciendi vel defendendi id fiat. *arg. l. 9. §. 1. ff. de condit. caus. dat. l. 24. §. ult. & 26. ff. de Damn. infect. l. 1. §. II. 12. ff. de Aqv. & Aqv. plur. arc. l. 6. 7. ff. Ne quid in flum. publ. Thom. Merckelb. ap. Klock. conf. 33. n. 26. & Brunnem.*

ad

*ad d. l. 6.7. ubi secundum Dd. regulam afferit, quod magna utilitas privata, parvae utilitati præferatur publicæ, E. quod sequitur, multo magis privatorum utilitati præferenda. Sed aliter sese res habet, si ex proposito, in vicini solum injuriam, fossæ & quæ cetera sunt aquarum munimenta, parantur; quem enim ex dolo suo debere lucrum sentire, LL. negant. l. 38. ff. de R. V. l. 134. §. 1. ff. de R. J. Jacob. Go tho fr. ad l. 55. ff. de R. J. & qvæ supra allegatae fuerunt LL. Qua de causa opus accurate inspiciendum, & an qvid doli subsit, inquirendum. Verbo: Incommode positivum interdictum, non lucrativum d. l. §. 11. 12. Hopp. Comm. ad §. 2. J. de R. D. verb. Omnibus.*

## Not. 6.

Circa munitiones riparum, quas antiquitas vel vis tempestatis destrauit, reficiendas, ad cumulum litigiorum desuper obvenientium removendum, multum prodesse, 1.) ordinationes & consuetudines loci, quas omnino respicere in præcepto est. 2.) publicas ripas fossasque, quæ sub nomine Fluthgraben veniunt, quæque non a proximis accolis, sed publicis quod dictum, impensis reficiendæ. 3.) Conventiones, si quæ hac in re sunt initæ, partium, quibus est standum; 4.) qualitates & locorum situs. Qvaræ observandum, quod fossæ & alia aquarum receptacula, quæ ad irriganda prata formata, ex universitatis ærario parari sape soleant. Id quod multis in statutis, sequentibus in verbis cautum legitur: Weil bey manchen großer Insleß mit den Graben machen auf den Wiesen befunden wird, daß ihrer oft 9. oder 10. aus einen Graben wässern müssen; die aber an wenigsten dazu zu bringen seyn, dieselbe hernachmals an meisten wässern, die sollen jedesmahl, so oft sie das Wässer abschlagen, Strafe geben, wenn sie nicht zum Graben machen geholfen.

Th.III.

## Th. III.

Cum igitur, quod in antecedentibus dictum est, prata eam adjectitiam habeant qualitatem, ut scenifico primo & secundo peracto, absque propemodum impenitus optimam insuper præbeant pasturam, omnino declaratur: dominos pratorum, vi juris dominii, eorum uti frui posse pastura. Hæc enim nihil aliud est, quam spatium fundi cum primis dominio subiectum, quo pascuntur animalia. *arg. I. 21. C. mandati.* Hinc privata descendunt pascua, quæ varii generis sunt, vel eniū jure domini, vel possessionis, vel servitutis, vel familiaritatis, vel precarii competit. *Modestin. Pistor. Vol. I. conf. 61. n. 15.* De publicis pascuis perfunctorie tantum, quippe quorum res impræsentiarum non agitur, fiet mentio.

## Not. I.

Propriis in pratis, separatoque in iis gramine, quemlibet quidem peculiari suo jure pascendi gaudere videri, *arg. I. 21. C. mandati.* sed plurimis in civitatibus ordinationibus prohibitum legi, propterea quod ejusmodi pastura, quam sibi quilibet prævatorum arrogat, convicinis pratis, saepius funesta infligere solet damna; quæ in causa fuerunt, ut exigente salute tam privata, quam publica, peculiaria quorumlibet pascua, saluberrime in communia plerumque transmitata, & universitas nomine & duetu combinata sint. Quæ etiam quamplurimis in locis in viridi sunt observantia. Qvibusdam tamen in locis consuetudines adhuc adaintunt, ut propriis in fundis adhuc separatum pascere licet. Qva in re cujuslibet regionis mos est respiciendus.

## Not. 2.

In publicis pastibus, quales sunt pastus pagorum, vicorum &c, (in publico enim inibi habitantium usu habentur, & pro communibus velut bonis reputantur *I. 6. pr. de Contr. Emt. I. 17. ff. de V. S. Capoll. tr. de S.P.R.*) geometricam observandam

D

effe

esse proportionem; videlicet ut illi, qui potiora possidet arva, potiora, & reliquis minus numerosa ad pasturam habere animalia, jus sit Menoch. *de arbit. judic. l. 2. conf. 9. cas. 245.* Id quod in optima æquitate est positum; quo majora enim quis possidet bona, eo maiores, quæ reipub. persolvendæ sunt, ei incumbunt pensiones, ideoque potiora animalium domesticorum habeat emolumenta, necesse est. Qui accedit, ut amplioris prædii possessor, amplioribus ad culturam indigeat jumentis.

Not. 3.

In alienis pratis alias pascere non licere *l. 206. de R. f. 3' l. 4. C. de Servit.* Id quod etiam procedit in agris incultis & vacantibus demessisque. Berlich. *P. 2. concl. 49. n. 4. Covarruv. Quæst. c. 37. n. 2. 3.* tum quod & hi pastu reddi possint deteriores Bruckm. *Vol. 1. conf. 14. n. 65. 66. 94.* tum quod dominum habeant, quo inconsulto extraneus eis utili non debet. Ipsa enim ibi, sponte licet, naſcens herba est in domino domini fundi, cum id quod ex re nostra naſcitur, nostrum sit. §. 19. *J. de R. D. l. 50. ff. ad L. Aquil.* Obstat, posse unumq[ue]mque in alieno fundo facere, qvod sibi prodest, & domino fundi non nocet *l. 2. §. 1. & 5. ff. de Aqua & Aqu. plur. arc. Respondi.* Aucupium tibi prodest, & mihi non nocet, & Divus Pius tamen aucupibus rescripsit, non esse consentaneum, ut per aliena prædia, invitis dominis faciant aucupium *l. 16. ff. de Serv. Rust.* Ita iure dominii prohibere possum, ne transfas per meam aream vel domum, vel haurias ex meo fundo aquam, etiamsi utriusque nostrum sufficiat aqua. *l. 1. §. pen. l. 3. §. f. ff. de Serv. Rust.* Dominus enim in suo prædio est in ſtar reguli, quo invito quippiam facere eſt injustum, qvod ipſi enim diſplicet, validæ prohibitionis habet valorem, & ſemper melius rem ſuam intactam ſervare, quam post vulneratam cauſam remedium quærere *l. f. C. In quib[us] cauſis in integr. ref. homines enim ut pluri-*

mum

mum aliarum rerum, alteriusque juris sunt accipitres, quā  
alicujus rei, ad certum tempus ex conuientia vel familiaritate,  
permisum usum, nescio quo saepius excogitato jure  
longe ulterius prætendere solent. Et quod præcipuum, id  
saltem ex alleg. l. 2. effici cogique potest, ut mihi in alieno fa-  
cere licet, ne mihi quid noceat, minime vero utluerer. Quid  
imo si rem accuratius examinemus, utique fatendum est, per  
pastum domino fundi documentum fieri, quippe quā vel pro-  
pria animalia immittere, vel fundum alteri locare, aut servi-  
tutem pascendi, accepto pretio, constituerē potuit. Hujus  
regulæ limitationes vid apud Thom. de noxa animal. c. 15. &c. de  
Affidatura Str. us. Modern. ff. L. 19. t. 2. §. 23.

## Not. 4.

Jus pascendi ob onus verum vel analogicum servitutis, ad  
conservandam, quomodo cunque potest, libertatem natura-  
lem, & ne prædium servieas nimium prematur, strictæ esse in-  
terpretationis; iniquissimum enim, inquit Papin. auferre domi-  
no, quod usus ei non abstulit. l. 20. ff. Ex qvib. caus. major. &  
arg. l. 1. §. 18. ff. de Aqu. qvotid. l. 1. §. 6. 15. 17. ff. de Fluminib.  
ne quid in Flum. publ. l. 12. C. de Serv. & Aqu. Thom. Merckelb.  
ap. Klock. Tom. 2. cons. 33. §. 1. Wesenb. P. 1. cons. 4. n. 3. &c. Köp-  
pen Decis. 57. n. 1. & Pistor. P. 1. cons. 70. n. 15. Qvod jus pasc. ad-  
dere animalia, quam qvæ moribus & ordinationibus civita-  
tum, pagorumve, aut magistratus iussu, vel etiam conventio-  
nibus eorum, quorunq; interest, desuper initis, introducta, haud  
permittit. Qvo fit, ut reluctantē domino serviente, agni cum  
ovibus, eadem in loci pastura pasci nequeant, sed agnos cer-  
to, qui constitutus est, ovium numero adnumerari oporteat.  
Qva de re, qvanvis in causa Andr. Dietrich von Schleinitz  
contra Georg Rudolph von Lüttichau, reus, qui ad certum  
ovium numerum adstrictus erat, in judicio, quod Lipsia est,  
supremo, objiceret, capita ovium, qvæ numerum excederent.

non oves, sed agnos esse, eosq[ue] tanquam accessiorum, qvod principale suum seqvitur, una cum ovibus, absq[ue] vitio extensus, computandos arg. l. 65. & 81. ff. de Legat. 3. c. 42. de R. J. in 6. M. tamen Martii 1687. pronuntiatum fuit: Das Be- flagter mehr als 300. Schaaf Nößer zu halten, und damit die dem Besitzer des Guts Stauchitz zuständige Fluhren, mit und neben dem Schaaf Vieh zu Mauliz, ingleichen die Maulizer Wiesen, mit dem Kind Vieh nach dem Tage Urbani, und vor Michaelis zu behüten se. nicht befugt. V. N. W. Vocabulum autem Nößer, ex sententia Struvii, in dissertatione de jure ovium, est æqvivocum, qvod & oves perfectioris & junioris ætatis, alte Hämmer, Zeit-Hämmer, Kilberjährlinge, qvæ alias e numero ovium exclusæ habentur, comprehendit. Qvam tamen sententiam Dr. Berger, in sua Occ. Jur. l. 2. tit. 3. th. 9. N. 3. eo limitat, ut ille, qvi aliquid in prædio, jus pascendi certum numerum ovium haber, agnos, qvi nondum primum annum transgressi sunt, simul ibidem pascere possit, & ita Senatum, adjectis protocollo rationibus, pronuntiasse adduxit: Das weil die Lämmer, vor der Abhebe Zeit nicht separari würden, demjenigen, der die Schaaf-Huthe, auf gewisse Anzahl Schaafe hat, die Lämmer mit hinzutreiben nicht verwehret werden konte. Haud tamen, cum amplior numerus pecoris, qvam qvi duci debet, ad pascua duceretur, jus pascendi statim amittitur, sed in iis tantum pecoribus, quæ numerum exceedunt, prohibenda est pastura, utile enim per inutile non debet vitiari l. 1. §. 18. ff. de Agri. quotid. & estiv. l. 37. de R. J. m. 6. Qvod si vero quis, in certa pecoris specie jus pascendi habet e.g. in ovibus, his sublatis, boves, capras &c. potissimum fues, qvi rostrorum impudentia omnia volvunt & revolvunt, surrogare non potest. Schneidew. ad pr. J. de S. P. R. n. 31. Ita secundum Cz. P. 2. dec. 106. n. 17. F. L. respondit: Weil einer von A del

del, so ben dieser Stadt zwey Rittergüther in Besitz hat, auf eure Wiesen, welche unter das eine Gut, so gar verwüster, gehörig, sich der Hütung mit seinen Schäfern von Michaelis bis Qualimodogeniti, annast, die ihr aber nicht gestatten wollet. Ob nun wohl der von Adel, das jus pascendi auf eure Wiesen mit den Schäfern beibringen und vergeben möchte, daß den Wiesen ganz zuträglich, wenn sie mit Kühen und Ochsen betrieben werden: Dennoch aber und dieweil der Natur und Eigenschaft der servituten ganz zuwieder, solche auf andere Fälle und Viehe zu ziehen, dieselbe auch sonst, wenn sie reales, außer und ohne dem Gute absonderlich nicht verpachtet noch vermiethet werden können, und dißfalls nicht was nützlich, sondern vielmehr was zulässig zu beobachten. Es ist demnach ob erwehnter von Adel, die Hütung auf euren Wiesen, andern zu vermiethen, und Wohlthüre darauf treiben zu lassen, nicht befugt; noch ihr ihm dasselbe zuverstatten schuldig B. N. W. & Meichiner decif. Camer. I. t. 1. dec. 36. Daß wenn man nur mit gehörnten Vieh und Schweinen zu treiben berechtigt, man alsdenn mit andern, als Schäfern, Geisen, Gänsen, Pferden nicht fortkommen kan, denn die Schafe und Geisen, sind den Weidgang, da daß Mind, Vieh geht, schädlich.

## Not. 5.

Servitutem pascendi, non etiam statim complecti den Pferg-Schlag. Wer die Huth hat, hat nicht so fort auch den Pferg-Schlag. Es seynd solche jura separata, weil servitus der Huth, durch den Pferg-Schlag aggraviret wird, in Anschung, daß die Schafe stets auf der Mark bleiben. Ita S. W. respondit ad interrogat. Regiminis Saxo-Gothani in causa Tit. Adam G. von Wangenheim, und der Gemeinde Wolfsberingen, contra Tit. H. von Wangenheim M. Febr. 1683. Berg. Oct. Jur. L. 2. t. 3. tb. 9. N. 9.

## Not. 6.

## Not. 6.

Jur. Sax. privati relinqui arbitrio, proprium habere pecudum pastorem, modo ne merces, quæ communi debetur pastori, minuatur, nisi habeat tres mansos. Niemand mag auch einen sonderlichen Hirten haben, so er dem gemeinen Hirten sein Lohn damit mindert, er habe denn 3. Hieffen Landes. Landr. L. 1. art. 24. & L. 2. art. 54. Qui privatus pastor, ut æque in publicis, quam in domini pascuis pecus agat, æqui & boni ratione defenditur; Berl. P. 2. concl. 49. n. 38. & all. Berg. O. J. N. 7. ne scilicet pastulatio per proprium pastorem introducta, in favorem domini, qui tres mansos possidet, Hufen, in ipsius retorqueatur damnum & odium. I. 6. C. de LL. Et quandoquidem universitatis pastori, omnia privatorum arva, ad pascendum communiter sunt relicta, non video, cur non bona, in singulari pecudum curatore, reciprocatio habeat locum. Nec aliud præsens rerum ratio admittit, fundi enim ita sunt commixti, & utrobique promiscui, ut privato pastori, sine aliorum prædiorum tactu, pecus in propriis domini fundis pascere, impossibilitas obstet. Ita Scab. Lips. in causa Matthes Klingens zu Nebra M. Maj. anno 1626. pronuntiarunt. Cz. p. 2. Conf. 41. def. 7.

## Not. 7.

